

toto presenti contractu predicto Iudice advocato nostro tam ecclesiastici honoris voluntarie concedimus et damus tibi Paulo de Caroangelo eiusque heredibus amodo ad annos quinque predictam pecciam terram (*sic*) cum omnibus pertinentiis suis et cum Cisternis omnibus existentibus in eadem quatinus a presenti in antea usque ad tempus predictum tu et tui heredes predictam peciam terre cum omnibus pertinentiis et cisternis predictis teneatis et collatis et coli faciatis utamini et usufruamini ac usufrui faciatis ad comodum et utilitatem vestram sine nostra successorum nostrorumque contrarietate vel alicuius molestia aut inquietacioni prout vestre fuerit utilitati pro qua quidem locacione et concessione obligasti vos et heredes vestros dare et solvere nobis aut successoribus nostris qui pro parte in eadem Ecclesia erunt annis singulis ad festum santi petri ad generale pondus et ad pensam generalem. nomine census tarenorum auri septem et medium. pensam unam Casei et pensam unam recocte pro quibus omnibus inviolabiliter observandis in presencia predictorum Iudicis notarii et testium subscriptorum vobis predictis guadiam dedimus nobis fidem quatinus nos et successores nostri aut pars dicte ecclesie vobis et predictis heredibus vestris predictam concessionem et locationem nostram ab omnibus hominibus defendamus et nec contra eam aliquatenus veniamus usque ad tempus predictum. Contra que si fecerimus augustales auri viginti vobis solvere teneamus etc. Scripta sunt exinde duo consimilia publica Instrumenta unum . . . . . aliud penes vos pro Cautela vestra etc. que scripsi Ego Iohannes publicus Baroli notarius qui predictis Interfui et meo solito signo signavi. (*Segue il segno*).

+ Angelus de pesquicio q. s. baroli Iudex.

+ Signum Crucis proprie manus Robberti de Iudice Iohanne.

+ Macjota de sire amerucio tesstatur (*sic.*)